

Sermo**C**

innuit esse alia regna. Est enim quadruplex regnum. scilicet carnis mundi. diabolici et dei. et oportet ut in horum aliquo militemus. quod sicut ait Job. vij. **U**ilicia est vita hominis super terram. **B**ernardus. Carni militamus gula illecebris seruiendo. luxurie motibus obsequendo. contra quod monz. i. **D**etri. ij. **O**blectro vos tanquam aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militant. 22. **R**omanorum. viij. **Q**ui in carne sunt deo placere non possunt. **Q**undo militamus auaricie nexibus adherendo honoris altitudinem affectando. **C**ontra quod. **L**uce. xij. **N**olite in sublimem tolli. **J**acobi quarto. **Q**uicumque uoluerit esse amicus huius seculi. inimicus dei constituetur. **D**iabolo militamus honorum profectibus inuidendo contra deum superbie spiritu tumescendo. quia sicut dicitur **S**apientie. ij. **I**nuidia diaboli mors inuoluit in orbem terrarum. imitantur illa que sunt ex parte illius. **J**ob. xv. **E**xtendit aduersus dominum suum. **I**n quo notatur contemptio diuini iudicii. et contra omnipotentem roboratus est. **I**n quo notatur contemptio diuine potencie. cucurrit aduersus eum erecto collo. **I**n quo notatur contemptio diuine bonitatis. et pingui ceruice arinatur. id est habundancia temporalium. **D**eo autem militamus pietatis operibus humiliter insilendo. potestates aereas in uirtute sancti spiritus oppugnando. **D**e primo. **D**arbei. x. **Q**uicumque potum dederit uni ex minimis istis. 22. **D**e secundo. **J**acobi. iij. **R**esistite diabolo. 22. habent etiam singuli principes

Centesimus**D**

255
ist i propria donatina. Caro suis tyronibus elargitur momentaneam voluptatem. sed dicitur. Romanorum viij. **P**rudentia carnis mors est. scilicet delectatio carnalium voluptatum. id est. **P**hymothei. quinto. **M**idua in deliciis uiuens mortua est. **D**iuinus largitur transitoriam sublimitatem. sed dicitur. **P**rouerborum xviij. **Q**ui altam facit domum suam. querit ruinam. **N**am quanto gradus altior. tanto casus grauior. **D**iabolus largitur perpetuam captiuitatem. **U**nde dicitur. **I**sai. quinto. **F**rendet et tenebit predam. et amplexabitur et non erit qui eruat. **D**eus uero largitur suis militibus in terminabilem felicitatem. et hoc est regnum quod in hoc loco monet esse querendum. **E**st enim illud regnum excellentissimum propter septem. **P**rimo propter diuinitatem. **P**salmista. **R**egnum tuum domine regnum omnium seculorum. **D**anielis. v. **P**otestas eius potestas eterna. que non auferetur. contra regnum terrenum est fragile et momentaneum. **U**nde **E**cclasiastici. x. **O**mnis potentatus breuis uita. **S**ecundo propter amplitudinem. **U**nde **B**aruch. ij. **Q**uam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius. sed regnum terrenum est angustum. **U**nde de magno alexandro legitur. unus pallio pelle inueni non sufficit orbis. **J**ohannis. xvi. **I**n mundo pressuram habebitis. **T**ercio propter tranquillitatem. **I**sai. xxxij. **S**edebit populus meus in pulchritudine pacis. sed regnum terrenum sepe turbabitur. **U**nde de